

gocio vel maxime innituntur, paulo expendamus accuratius.

44. Ea sic habent: Opera non quævis, sed Renatorum opera iustificare: 2. Item non proprijs, sed ijs operibus credentes coram DEO iustificari & salvari, quæ in nobis Gratia DEI, & Spiritus sanctus est operatus. Cens. Colon. p. 150. Concil. Trid. Sess. 6. cap. 10. & 11. Bellar Tom 3. p. 1205.

45. Sed & his hypothesis Confessio nostra suam ἀρεσιν sive Negativam opponit, firmissimis & prorsus ἀλύτοις nixa rationibus.

46 I. Primum enim non ex parte, vel ex semisse, sed ex asse & toto, soli gratiæ divinæ sine ullo nostro merito, vel cooperatione, justificationis nostræ vim Scriptura disertè ascribit: Gratis justificamur Rom. 3, 24. Gratiâ estis salvati. Eph. 2, 8. Vita æterna est χάρισμα Donum DEI: Rom. 6. ult.

47. II. Eadem scriptura ἀορίσως indefinitè & sine ulla exceptione, justificandi vim operibus derogat, & gratiam opponit, tam ijs operibus, quæ ex assistentiâ gratiæ divinæ sunt facta, quàm quæ ex virium humanarum facultate proficiuntur. Rom. 4, 4. Ei qui operatur, merces non imputatur ex gratiâ, sed ex debito. Eph. 2, 8. & 9. Gratiâ salvati estis PER FIDEM

FIDEM